excusata peccato: qd est a poena canonica: qd cum ignora legij prohibi-
tenti rebaptizatione stare nō potest irregularitas in baptizando. qd
dicit. An: Excusata eos qui tenet. scire iur. concedo: omnes, nego. Quod
patet de percussente Clericum, qui licet nesciat poenam canonica
saltem contra percussorem Clericoru, adhuc tamen eam incurrit; qd
contra diuinu preceptum facit de charitate fructans sic et.

Unde ex quo Christianus credit
dixi sacra, et nō profane esse ministranda statim fit debitus de mo-
do ministrandi; et sic peruenit si uult ad notitiam iuris. Similit.
omnes tenent. scire regularit. quod sacra nō sunt ministranda
sicut alia profane functiones; et quod sacrum aliquid in eis
contineat.; et com omnes tenet. scire quomodo tractanda sunt siue
sint ea tractare; alij debent abstinere

Arguit. 4. 2a 4. Exsequere uer-
ba et iterum ablatione absq intentione faciendi Baptismi maxime
in uerba irrogat sacro: qd incurrit irregularitatem. qd nego contra
qd irregularitas est statuta contra iterum sacrum; et profere uerba
et nō est iterare sacrum: sicut iterare uerba consecrationis saepe
eundem panem consecrari absq intentione faciendi nō ē iterare sacrum

Arguit. 5. 2a 9m. Iterationi occulte nulla est annexa irregularitas
q̄ a nullo jure est imposita nisi a capite illo ex lit. de Apostatib; sed
per illud eximit. occulte iterum: q̄at. Rō nego dñs. Ad prob. dico
eodem jure prohiberi iterationem occultam, et publicā; et q̄d aduer
sarij assignat juy prohibeny iterationē publicā. Ego assignabo juy pro
hibeny occultam; et ipse nō poterit assignare nisi vñ communem
Ecclē; eundem ego cons assignabo

Unde nob prob. An dñs alij jam dictum
est nō esse legem saltem contra iterationem; sed contra scientem n̄ite
q̄ et respondeat Ministro baptizanti; est enim expressus textus qui de
Acolito loquit. Quod si ab illo deest. argum, patet quod gravior ma
litia est irreverentia est, effectiva, et positive reddere sacerdoti nullum
q̄m mare per accidens assistere ei, qui nullū reddit, vel esse causa cuo
sit nullum

Arguit. 6. 2a 6m. Alie p̄nae Canonice
nō incurrūt. nisi lex id declaret, ut ipso facto, et absque declaratione
incurrūt; alij comminatorie sunt, ut ex p̄xi colligit; q̄ cū iteru
tio nō prohibeat. hoc modo irregularitas ei annexa nō incurritur
ante declarationē. Rō dñs. An: p̄na Canonice, que sunt censure, cō
cedo: que sunt inhabilitates nego dñs. Nec alia ratio assignari potest
nisi voluntas Legislatoris, ut docent communiter Doctores.

Disputatio Ga. de effectibus Sacramenti Baptis.
ac de eiusdem Baptis. ceremonijs
Postquam egimus de Ministro et subo Baptismi, debemus inue
stigare ejus effectus ut notet quicquid intellectus; posito enim Mini
strante, et subo cui ministrat. inquisitū manet Animus usquequo
scilicet quid ministrat. q̄tō ponit. Sacram; ideo sit. Dubium
Dubium Inquinam sint effectus Sacramenti Bap
tismi.

Q̄ta. Sacram. Baptismi imprimit characterem in Animo. Est defini
ta ab Eug. 4 in flor. in Decretis Unionis a Trid. Sess. 7. Can. 9. et ab In
no 3. c. Majoris. I. ultimo de Baptismo. Et q̄ per hoc signat digni
tatem v̄bi exercitū v̄bi Ecclē ab exercitū Diaboli. Item q̄ in cultu
familia Principij dicit insignis ad dignanda officia, ita etiā in fami
lia Christi: q̄ in Baptismo debet dari character quo baptizatus distin
guat. Inq̄m servus et domesticus Christi, a non servus et domesticus.

111

Salis igitur character semper imprimit per hoc Sacramentum Christi cum
fitione suscipiat. dummodo sit validum. Quia quod sumit. hoc in
votum defectu dolosum, fide suscipit. Et non impendit. gratia: quod character
semper imprimit. qui non habet oppositionem cum peccatis. Salis igitur
character non unit. nec interdit. per characterem aliorum Sacramentorum
quia illa solum ununt. et interdicit. que habent ordinem inter se; sed
hi characteres non habent ordinem inter se; quod cum characterem baptismali
sine characterem confirmationis potest imprimi character ordinis; un-
de enim potest qui ordinari qui non sit confirmatus: quod est.

¶ 2. In Baptismo per se impendit. gratia
habitualis cum virtutibus Theologicis fidei spei et charitatis. Est
de fide. Et de gratia expresse definitum est in Con. Florent. cit. et Trident.
sess. 6. can. 22. ubi dicitur: Quod nullus justificari potest nisi per ha-
bitum gratie infusam. De alijs virtutibus Theologicis constat ex eodem
Trident. sess. 6. cap. 1. ubi definit. justificationem fieri per voluntariam
receptionem gratie scilicet charitatis; que in cordibus eorum diffunditur.
qui justificati. atque ipsi inhaerent simul cum fide et spe: quod est.

¶ 3. Omnia peccata tollit. per Bap-
tismum. Patet ex Florent. in Decret. Unionis ubi de Baptismo dicitur: Huius
Sacramenti effectus est remissio omnium culpe originalis et reuelis et omnium
peccatorum que pro ipsa culpa habet. Item ex Nicen. in symbolo Confi-
teor unum Baptismum in remissione peccatorum. Item ex Trident. sess. 6.
Decret. de peccato orig. n. 3. Item quod ut docet Ill. Dr. his. de Sacram.
cap. de Baptismo, per Baptismum renascitur homo; dicit enim sa-
uicium regenerationis: quod quemadmodum generatio unius fit ex
corruptione alterius, nulla forma corrupti remanente, ita in Bap-
tismo homo peccator renascitur. fitque iustus.

¶ 4. Baptismo communicat
tribuit. tres rebus scilicet incorporatio ad Christum, illuminatio et secun-
dario. scilicet quod homo per Baptismum fit membrum Christi, Christia-
nus, et filius Ecclesie: quod incorporat. Christo sicut membrum corpo-
ri, illuminat. et fecunditate donat. in bonis et honestis operibus. sed
quod per Baptismum suscipit homo gratiam, que est principium credendi, et
operandi in Christo, fidem que eleuat ipsum in Deum et spem que
fecundificat: quod Baptismo conuenient. attribuit. tres predicti.

achy nimirum incorporationis ad Christum. Attribuit. etiam juy ad
speciales auxilia quod est charism effectus Baptismi. Unde cum pro
prium finis Baptismi sit servare legem Christi, et ejusdem Religio
nem profiteri; cum conferat auxilia ista superna, quibus Deum
finitos speciali modo habiles reddit ad servandam divinam legem
sacra digne suscipienda; aliisque Religionis et pietatis officia exequie
da; et praeter hoc effectus principales alios secundarios solet enume
rare Innocentius Pabes, ut sunt caritas, qua aliquando Baptismus con
ferat, ablatio irregularitatis ex delicto, ablatio servandi precepto
Ecclie et alia hujusmodi, quae apud DD. videri possunt.

Argumenta contraria

Arguit. 1. D. 2m. si in Baptismo infunderet. gratia deberet baptizatus
se disponere ad eam per actus fidei spei, et charitatis ex Trident. Sess. 6. C. 7.
imo et hanc dispositionem fieri non posse docet nisi ex adiutorio Spiritus
sed in parvulis talis dispositio esse neguit. 2o. S. Tridentina loquitur de Adult
tis in quibus affectum et cooperationem requirit ad Baptismum et eius
effectus de parvulis vero contrarium docet in Sess. 7. Can. 23. Unde Deo
coniungit. si velit voluntarium positivum sive proprium sive alienum
et cum parvulis possint voluntate aliena coniungi. Deo s. voluntate
primi parentis carnalis; ita et voluntate aliena parentis vel ipsius
Christi qui est pater Spiritus sancti coniungi possunt.

Arguit. 2. ex Rom. 1.

Iustus ex fide vivit: 2o ad asserendum effectus qui gratia tribuit. suffi
cit si dicat. virtute Baptismi infundit fidem, quae est vita spiritualis
et primum omnium meriti. 3o. ex Trident. Sess. 6. Cap. 8. et Can. 9. iustus vi
vit ex fide inchoat; non vero sortit. et abducat. Quia fides est primum
vite spiritualis et fundum omnium justificationis et sanctitatis; et hoc mo
do explicat. a Concilio istud Pauli Rom. 3. justificati quibus per fidem
fit forma iustitiae quae primum est omnium meriti sortit. utque seme
vite aeternae quae homo heres regni et Dei filius constituit. est gratia
Pater: An in Baptis
mo conferat. semper suscipiendibus aequalis gratia. 4o. quod ex parte
Sacerdotis Baptismi semper debet omnibus aequalis gratia. Quia Deo dis
posuit aliquam gratiam conferre regulavit. cum isto signo, ita quod
nulli minorem, et ista gratia dicit. conferri virtute Baptismi; quia

virtute veritatis huius signi: quod sicut determinatio illa. ubi quantum
 ad istum gradum est uniformis, ita aequalis effectus confertur per Bap-
 tismum, quantum est ex parte sui, nam ab eadem causa et aequaliter
 se habent, aequaliter producit effectum; sed Baptismus semper habet vir-
 tutem aequalem ex illa dispositione universalis divinas: quod est.

Nec valet dicere quod ex parte Bap-
 tismi, unus est a Deo predestinatus ad maiorem gloriam quam alter; et con-
 quod major gratia confertur per Baptismum uni, quam alteri; et nec
 Baptismum quantum est ex parte sui non conferri aequaliter gratias
 non inquam valet; quod predestinatus ad maiorem gloriam habet du-
 plicem gratiam, unam ex vi Sacramenti Baptismi; istam s. gratia determina-
 vit Deus conferre infallibilit. et regularit. mediante Baptismo; Al-
 teram vel ex speciali benevolentia Dei, vel ex causa meritoria s. Pas-
 sione Christi; et haec 2. gratia est inaequalis quae in rigore non est gratia
 Baptismi; quod non confertur virtute Baptismi sicut prima

Ex parte suscipiendi autem interdum
 confertur Baptismi aequalis gratia, interdum inaequalis. Confertur
 aequalis praesentibus, interdum comparantibus; quod isti ex parte sui nullum ha-
 bent modum proprium, seu dispositionem ad gratiam recipiendam
 Adverte tamen quod Deus potest conferre maiorem gratiam uni pro-
 vulo, quam alteri, non virtute Baptismi; sed ob merita parentum
 illorum vel sacerdotum Baptizantium: nam possunt isti de congruo
 mereri maiorem gratiam praesentibus. Confertur inaequalis gratia ad-
 ditiis Baptizantibus; quod isti per modum proprium possunt esse inaequali-
 ter dispositi, et gratias confertur. In proportione disponit in suscipiente

Dubium In. an et quomodo in Circumcisione gra-
 tia conferbatur.

Est certum suppono, quod Circumcisio primario est per se instituta
 fuit in remedium peccati originalis; quod Circumcisio fuit in lege Mo-
 sayera vere et proprie Sacramentum generis vice Baptismi ut ait D. Ber-
 dex. de Assumpt. sola aqua luit hanc maculam quam prius rasisit
 per Circumcisionem; contra fuit primario instituta in remedium
 peccati originalis; et secundario ad conignandum Dei populo; quod finis
 principalis huiusmodi rationis est effectus primarius; sed finis princi-
 palior et nobilior in Circumcisione est deletere peccatum originale: quod est.

Circumcisio causabat gratiam ex opere operato. Est communior ex col-
ligit. ex S. P. qui manifeste tribuunt circumcisioe eundem modum
causandi gratiam, et iustificandi, quem tribuunt Baptismo. Nam Gregorius
I. 4. Mor. cap. 2. ait: Quod apud nos valet nomen Baptismi hoc erit
apud veteres vel pro puerulis sola fides, vel pro maioribus virtus
Sacrificij; vel pro iis qui de sterilitate stripe prodierunt, mysterium Cir-
cumcisionis. Et D. Aug. lib. 4. de Baptismo cap. 24. ait: Preceptum
est sterilitati ut circumcideret puerulos; quia ipsi Sacramentum multo per se
valet. Sic etiam docet S. P. apud Irenaeum. T. 4. disp. Proemio q. 4.

P. causare gratiam ex opere operato est illam
causare sua virtute, et non virtute meriti Ministri, nec suscipientis.
Nam Theologi per hoc ex opere operato intelligunt terminum distinctionem
ab isto ex opere operantis: quod cum in Sacramento vni deo deum dicitur
operantis reperitur. S. Minister et suscipiens, causare ex opere opera-
to est causare sua virtute, et non virtute meriti Ministri, vel suscipie-
ntis; sed Circumcisio que gratiam causabat non conferebat illi virtute
Ministri, nec suscipientis: quod S. P. Circomcisio erat valida etiam si
necum per infideles, Innoxios, et malos Ministros conferret; sed
etiam ex puerulo sine, et mala intentione nihil valida fuerit si fa-
ceret intendisset, quod Ecclia vel congregatio fidelium facere inten-
debat non minus quam nunc est validus Baptismus et hereditas col-
lectay ut docet Aug. lib. 2. de Exeritiis cap. 32. et Epist. 103. ciru me-
dium: quod non causabat gratiam ex virtute meritorum Ministri qui
virtutem meriti operis esse poterat: quod.

Nec ex virtute meritorum suscipie-
ntis; quia conferebat: puerulis rationem mouendi et liberi arbitrij vniuersa
partibus: quod ex opere operato Circumcisio est. Item quia si causaret gratiam
ex opere operantis vel suscipientis, delectio culpa originalis, et gratia col-
lectio, non tribuerent. Circumcisioni; sed operibus meritorij hominum
sed hoc est contra Patres citatos: quod. Item etiam S. P. non loquitur
de alijs Sacris veteris legis sicut de Circumcisione: quod ex opere et

Verby Apost. ad Gal. 4. vocat omnia
vetera sacra elementa, infirma et egena. Et Ioh. in decret. Eccl. docet
quod Sacra nostra multum a Sacris differunt veteris legis; illa enim non
causabant gratiam; sed solum per passionem Christi dandam figurabant

hec vero nostra et continent gratiam, et eam digne recipientibus
 conferunt. Et iuxta dicta de Sacerd. in genere Apost. et Concilio
 loqui de Sacerd. pure legij antiqua et improprie dicti, que sunt ob
 lationes hostiarum eius Agni Paschalis, purificationes, consecrationes
 et similia que gratiam non cauebant tanquam signa efficiunt respec
 tu gratia; sed tantum in illis conferebant. gratia per modum meri
 ti; non vero de Sacerd. proprie dicti, et que debeant peccatis origina
 le in lege nostra et lege veteri; contra D. Pruley, et Concilio non compre
 hendunt Circumcisione, que ante legem. Innotuerunt per multos annos
 inhihita fuit et data floresta. Unde qto Apost. loquit. de circumci
 sionis nullitate ad Gal. 5. neque Circumcisio aliquid valet, et Cor. 7.
 Circumcisio nihil est, loquit. de Circumcisione abrogata et per Propri
 mi promulgatione curuata.

Est an liceat se circumcidere moti
 ficationis gratia, vel ad Christi imitationem? Et negative. Cuius Apost.
 ad Gal. 6. In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet ne
 que preputium, sed noua creatura. Quibus verbis videtur. Ap
 improbare circumcisione. Non quod non licet perforare manus et
 pedes ad imitationem Christi: quod neque est. Denique circumcisio
 scandalum prebet fidelibus; habet enim speciem malicie, cum illi qui
 eam excruciant iudicare vident. Unde propositio hoc dub. a
 S. A. Ethiopia Saxe Congregationi Inquisitionis, in cuius est Abbatum
 liceat se circumcidere? Habita est Congregatio Sabrum Qualificatorum
 huius officij die 30. Julij Anno 1637. qui responderunt: Non esse quo
 cuique predicari tolleranda Circumcisione, et Lutorem debere corri
 gere subditos quosque possunt conuincere, et recedat ee a comunione.

Dubium Iii. de Ceremonijs Baptismi.

Quin duobus tantum anni temporibus scilicet in Paschate et Pentecostes
 Baptismus fieri conueuerat quibus diebus Cardinalis fortij nque
 rite conueuerat; et alio tempore conferri prohibebat. extra casus
 necessitatis ut patet ex capite non ratione 11. et cap. duo tempora
 12. de Consi. d. 4. Quem uerum ex Apostolico prouenire instituto in
 dicit Rituale Romanum S. de Bapti. Adultorum. Quod intelligitur de
 Adultis: non paruulis. Ecce Romane semper conferebat et si illi
 signant. in Italia tunc necessitatem non conferebat. Nam paruulis

extra duo anni tempora. Tamen quantum hie mos quoad obligationem
eas leuaret; nihilominus iuxta Rit. Rom. 3. de tempore et loco admi-
nistandi Baptismi, illum quantum commode fieri potest in adultis
baptizandis nisi vita periculum imminere retineri deest, aut certe
non omnino pretermitti precipue in Metropolitanis aut Cathedrali-
bus Ecclesijs.

Solebat autem istis temporibus conferri Baptismus cum
magna solemnitate, et varijs ritibus seu ceremonijs partim preceden-
tibus partim comitantibus partim consequentibus Baptismi. Et in
primis Baptismus natus precedebat Catechismus: substatu quidem
consistens in sufficienti instructione rerum fidei, qui est natus esse
natus rei supra institutione et fine Baptismi, ad conuenientem eundem
uicium. Ceremonialis autem requiebat: ea instituta Ecclie consistens
in quodam speciali modo et ordine ab Ecclia instituto in Catechumeni
nouum instructione et preparatione ad Baptismum.

In primis quicumque uolentes animas fidei Christiane
applicare catechizandi aggregabant: in ordine ad audiendum rei fi-
dei generali nomine dicebant: Catechumeni. Quorum duo erant gene-
ra. Unum illorum qui necdum Baptismi petierant, et hi uocabantur Au-
ditores, seu Audientes. Alterum eorum qui iam Baptismi petierant, et hi
uocabantur competentes, quasi Baptismi cum alijs petentes, aut etiam
electi. et ceteris.

Secundo instituebat: Sexuagium; id est canone quo expro-
bantur animi petentium circa fidei firmitatem; idque dicebatur modo, et
frequenter, nempe septies ut habet Best. lib. 2. de Bapt. c. 25. Principium erat
Tertium sexuagium, quod fiebat feria quarta post Dominicam 4. Qua-
dragesime. Tertia Ceremonia erat abrenuntiatio Satane que sepe fie-
bat tempore Sexuagij. Ejus formam tradit Clemens Romanus lib. 7.
Concl. c. 42. Quarta erat fidei professio; que cum tempore Sexuagij
cum tempore Baptismi fiebat symboli recitatione. Quinta signum
Crucei ferendi, et pectori Catechumeni impressum. Sexta exorcismus; id
est adiuratio demonij ceteris precibus factis, ut recedat ab homine bap-
tizando. Septima exorcismus ipsi exorcismo annexus. De qua Aug. lib. 6.
contra Iul. Cap. 5. Inde probatur contra eundem upe peccatum origina-
le in prauis non baptizatis, ait: Id hu commemorare timeuisti, frangit

114
Sanguinem ipse ab osbe solo exustandey qly si hanc exustatione qua
Princeps mundia paxuulij epicit. Jony contradicere voluisset.
Octava questio salij, quod Catechumenay debet. quod dicitur in signu
calesti prudentia, et sapientia, qm hanc Catechumenay debebat qy
Paxi, et addicere. Illuy meminuit Cuthy 3. C. 5.

Nona Inedy Narium, et ducium cum salua. ad exemplum Christi
Moxi 7. Inedy narium, ut aperient. nuxy (inguit Arab. S. 1. de Sa
cum. Cap. 1.) ad sermone, et ad eloquium Sacerdotij: Narium, ut
baptizaduy bonum odorem recipiat vita aeterna. Decima impositio
manu, cum benedictione sacerdotali ad exemplum Christi, qui
Matth. 19 legit. paxuulij manus imposuiste. Undecima. Unctio, qua
Catechumenay oleo benedicto ungebant. in sepulchro et pectore. Duode
cima abstinentia a vino, et carnibus ut hinc Catechumenorum
disponerent. ad dignum suscipiendum Sacram de quo Cuthy. 4. Can.
85. De huj ceremoniay salij videri possunt Rabonuy S. 1. de Inst. Cler.
Bell. Cit. et alij qui singulas auctoritate S. P. stabilierunt.

Inter ceremoniay Bap
tismi concomitante prima est, quod debet confexi in loco ad hoc
consecraty, que antiquitay exant a templo distincta, et vocabatur. Saphy
Teris; jam vero intra templu aliquay ad hoc solet designari locus
Vide Clem. unie. de Baptismo. Ubi tunc accipit. casu necessitay,
in quo presby sine periculo no potest ad Ecclesiam deferri. Excipit.
ibidem filij Regum et Principum supremorum, qui videlicet nul
li alteri subjeti sunt: quamvis nonnulli idem eadem etiam ad alios
eminentes Principe etri alteri subjeti. Et in Rit. Rom. Tit. de Temp.
et loco ad ministrandi Baptismu generatim. accipit. filij Regu et Prin
cipum magnorum, id ipsy ita deposuerunt.

Secunda est quod Bap
tismu confexi. in aqua ad hoc pridie Inchoy, aut Pentecostey per
infusione Chrysmatay aliayque ceremoniay consecrata. Tertio qd ad
libeat. Rabini, de quibus postea. Quarto qd nome imponit. ut
olim fiebat in circumcissione Luc 2. nullibi tunc legit. prohibi
tion istud commutane etiam propriis auctoritate. Quinto, quod
olim conferebat. in vino. nunc fere in aqua. infusione.
Inter ceremoniay Baptismu consequentes prima est osculu puy

quo olim fideles Baptizatum unguentum fructum salutabat. Secunda
est unctio Chrismatis facta in vertice Baptizati, quae in Ecclesia Latina
est antiquissima ut patet ex Damasco libro 1. de Imaginibus et Hieronymo quos citat
Bell. lib. de Bapt. c. 24. Chrisma vero debet esse novum sive vitis anni
ut habet. c. si quis de alio d. A. de Consecrat.

Unde eadem necessitate isti
rite in Baptismo adhibet. Chrisma alterius anni. Quia ob difficultatem
habendi novum possunt Religiosi in partibus Indiarum ubi ve-
teri Chrismate, et sancto oleo usque ad quatuordecim annos ex consecratione
Ereg. 13. apud Rodriguez S. 1. 99. Reg. 9. 33. et Mexida S. 2. 96. A. A.
Iidem docent Christum hinc posse Sacerdotibus ubi veteri oleo et Chrismo
de donec adveniat novum ob periculum mortis in quo sunt jugiter
periculi in illa tenella aetate constituti. Adhuc tamen eadem mortis
periculum non possunt adhibere veteri Chrismate baptizari.

Tertio recens baptizatus
sui, seu Neophyti induebat. vestimento candido in signum innocen-
tiae, et novitatis vitae illudque deserebat per octavam Paschae, et in ju-
die octavae (quae inde Dominica in Albij dicitur) deponere. Cuius
ceremonia vestigiū adhuc manet in Baptismo Adultorum, qui Romae
temporibus istis solemniter baptizant. In Baptismo autem parvulorum
Sacerdos operit caput infantis veste candida. Quarto, in signum recepti
luminis fidei, et gratiae dabat. baptizato recensentem.

Quinto dabat. in Ecclesia
occidentali quaedam sicut est melius ad infantis spiritus signum. Unde
de Dominica in Albij canit. Quasi modo genitum infans sicut concupis-
cite. Haec tamen consuetudo exolevit, ubi et altera de osculo patris, et
altera de lotionem pedum Neophytorum, ut ex Ritualibus et Casibus
patet. Parvulis autem baptizandi adhibebat. ex praedictis illis ceremoniis
quae per aeternum licebant.

Sed non ex his Catechismus
parvulorum qui antiquissimus et rectissimus similis fere rite adhibet.
est observandum, quod si parvulus in sua persona sint incapax in-
structionis, ubi sit. tamen fuit ea quae Ecclesia observat. Nam in primis
sunt capere ceremoniarum Catechismi quoad eam partem quae Catechi-
zandi imponit. nomine et imprimis signum Crucis. Deinde susceptorem in
Isthum nomine facit professionem fidei, symbolum et orationem domini.

115
dominicanam recitant manumque capiti baptizandi imponunt, ac
ut moneat obligationem suam que obligant ad instructionem infantis: tum
ut designet obligationem ipsius infantis, veluti non minus obligati ad pro-
fessionem fidei et religionis Christiana ubi adleuexit, quam si propria
voluntate Baptismum suscepisset.

Quod ad hinc supplementum ceremoniarum
Baptismi omnium ab hereticis, difficile est iam Adulteris ad ea obli-
gare; nec apparet idem consonum praxi. Unde Philippus Rouenensis in
Constitutione ad omnes sibi subiectos in diocesis Belgii confederatis
directa Anno 1638 de hac re loquens ait: Unctionem vero et reliquas ce-
rimonias Ecclesie Catholice pro directione Sacerdotum et deuotione
suscepturorum potest supplere. Tamen peccabit mortaliter Sacerdos, seu ille,
qui habet curam pueri domi baptizandi in casu necessitatis, si illi non fecit
ad Ecclesiam ad hoc ut ceremonias suppleantur. Quia sicut contra conuen-
tione Ecclesie in regnum ut docent communiter Doctores. Dub.

Dubium vltimum de Patrino in Baptismo adhibendo
Etia. in Baptismo solemniter adhibendum est patrini seu susceptor.
Est M. Ds. in Doc. Cap. 23. Patet ex antiquissimo usu Ecclesie cuius testis
est Dionys. Areopagita Ecclesie. Hier. c. 2 p. 2. et c. 7. in fine Textus. S.
de Baptismo Cap. 18. et Aug. l. 1. de peccatorum meritis c. 34. Patet etiam
ex Trid. sess. 24 c. 2. ubi hanc obligationem supponit. Patet etiam ex
congruentia; quia sicut in generatione corporali datur nutrix ita in spi-
rituali debet assignari aliquis qui fungatur vice nutricis et pedagogi-
stine etiam vocat. sponsor siue fidei iussor, patronus, seu patrini. Cuius
que officium est paruulum de fonte leuare, ac in fide et moribus
Christianis instruere

Que obligatio est grauior ut docent D. Ds. cum D.
Thomas; quia unusquisque tenet. explere munus, quod assumit: Dein
de suscipiendo tenet promittere se id facerem. Cessat tamen ista obli-
gatio, quando baptizatus credit. sicut instructus a parentibus, pastoribus
preceptoribus, aut alijs. Quia ratione plerumque excusant. patrini in so-
cis Catholicorum ubi predicta instructio sufficienter viget existima-
tur. Item cessat hęc obligatio quod baptizatus semel sufficiet. fuerit
instructus: Nam tunc non tenet amplius paruulum nisi indigere
pedagogus. Ita communiter D. Ds. cum Suarez, et alijs.

Et ad munus susceptoris seu parrini non possunt Monachi ut decernit Cyp. Papa c. Placuit 16. q. 1. neque excipiunt Abbates imo expresse comprehendunt. c. Non licet Abbati 103. de Cons. dist. 4. quod tamen est Concilij particularis Antiocheni, nec secus factum irritat. Ratio sumit. in c. Placuit ex hoc quod Monachorum sit solitudinem colere et sibi ipsi vacare. Cui addi potest ex c. Exuerit 18. q. 2. ubi Greg. Papa illud ipsum Monachum interdixit periculum in eam cum communione cum mulieribus. Propter quod specialiter facit canon c. 11. Reg. inhibet. ut non fiant complices virorum vel mulierum ne hinc occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum oriat.

Unde vij. communij non accipiunt. Religiosi Mendicantes; quia non comprehendunt nomine Monachorum scripte accepto; nec solitudinem Monachalem colentes, sed potius in sui instituti instructioni aliorum vacantes ut tenet communior opinio. Quam etiam vixit extendit ad Canonicos Regulares. Præterea hinc prohibitione non comprehendit Monachum factum Episcopum, qui specialiter deberet exprimi et in quo finis legis locum non habet. Ita Glossa in c. Statutum 18. q. 1. Comprehendi tamen hinc lege stricte Abbatis et Sacerdotibus ut loquitur Rit. Rom. T. de Parrinij dicens: Præterea ad hoc munus admitti non debent Monachi, vel Sacerdotes neque alij cuiuscumque ordinis Regulares a saeculo segregati.

Secundo ad munus Parrini admitti non possunt nisi baptizati iuxta omnes Dds. ex c. in Baptismo 102 de Cons. d. 4. Quod desumptum est ex Concil. Moguntino; adeoque non obligat universaliter nisi quatenus est vni receptum ab Ecclia. Solet etiam extendi ad hereticos, qui potius accipiunt iuxta quasi naturam seu ea natura officij tamquam inadonei vel inaduectum ut habet. in Rit. Romano ubi dicit: Sciunt præterea Parrini ad hoc munus non esse admittendos infideles aut hereticos non publice excommunicatos, aut interdictos, non publice criminatos, aut infames, nec præterea qui sana mente non sunt, nec qui ignorant rudimenta fidei: hec enim parrini spiritaliter filios suos ubi opus fuerit docere tenent. Unde excludunt puerum de vultu matris; veluti qui nec ponere nec induere possunt. Denique parentes non possunt suscipere propriam prolem c. Exuerit ad nos 30. q. 1. Susceptor enim est ordinatus ad instruendam prolem

in defectum patrum a quibus providi debet dicitur. Idque ratio ve-
rum est ut ne quidem in defectum alterius possit admitti: minus
enim patrum non est tanta necessitas.

§ 3. Olim tantum unius esse po-
terat patrum. Sic Higinus Papa C. in Catechismo et Leo Papa Cap. Non
plures de consecr. d. 4. Quod confirmavit Concil. Medense sub Stepha-
no 6. Can. 3. At successu temporis plures fuisse relictum ut colligitur: ex
c. Quamvis de Cognatione spirituali in 6. Novissime vero in Trib. Sept.
24 Cap. 2. de Repr. Mater. statuit, ut unus tantum sive vir, sive mulier
in sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus et una baptizatum
de Baptismo suscipiant. Idque Parochus, antequam ad Baptismum con-
sueverit accedere, diligenter ab iis, ad quos spectabit, sciscitet. que, vel quos
elegerint, ut baptizandi de sacro fonte suscipiant: et eorum, vel eos tantum
ad illum suscipiendum admittat, et in libro eorum nomina scribat
doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantibus ulla exco-
muni valeat. Quod si alij, ulla designato, baptizati tetigerint, cognatio-
nem spirituales nullis pacto contrahant, Constitutionibus, in contrarium
facientibus non obstantibus. Si Parochi culpe, vel negligentia in sacro
fuerit, arbitrio Ordinarii puniantur, inquit Concilium.

§ 4. Ultra obligationem instruendi
baptizatum, susceptores in Baptismo contrahunt cognationem spiri-
tualem cum eo ejusque parentibus, que sit impedimentum dirimens Matrimo-
nium. Patet ex Trib. cit. quod antiqua jura restringit, ut jam vel
contrahat cognatio inter baptizatum et patrem, ab una parte, baptizatum
et matrem ex altera; ut secundu[m] antiqua jura ille cognatio-
nis sanguinis se excedat. Sacro Concilio impedimentum istud ordinavit, ut si-
cut, quia sacro et spirituali more, debet patrum et matrum inveni-
amur.

Unde susceptores olim debet uxori
Patris ut colligitur ex Trib. supra de Temp. Ratione vero restringendi hoc
impedimentum allegat Trib. eo quod docet experientia propter multas
Ordinis prohibitiones, multasque in casibus prohibitis ignorat educti
Matrimonium, in quibus vel non sine magno peccato perseverant, vel eandem
sine magno scandalo dirimunt. Olim igitur duplex erat species cogna-
tionis spiritualis. posteritas, compateritas et consisteritas. Posteritas
inter baptizatum et baptizatum suscipiendum et susceptorem

Cogit adhuc manere. Sed extendi volebat ad uxorem patris quae
ante susceptionem esset a viro cognita; cuius quoque hunc filium spiritu-
ali creabat. is quem vir suscipit. Compater natus est int. Patris spiri-
tualis s. baptizantis et patris ex una parte ac parentis naturalis ex
altera parte. Sed si non est credendum ad uxorem copulata a viro an-
te cognitam; quamvis ipsa in Baptismo vere commata non
fuerit. Compater natus, quae ex solo est sublati) erat int. Baptizantum
et patrem baptizantis, item int. suscipi et prole suscipientis velut
filios ejusdem patris partim carnalis, partim spiritualis. Int. patri-
num naturam, et matrem non fuit si non nec modo est cognatio spiri-
tualis; sed illi habent se sicut pater et mater ejusdem baptizati; quod
autem non est parentis copulata non potest.

Et eadem cognatio spiri-
talis ista requiritur. Primo est susceptor tenet alterum deum baptizat.
vel saltem immediate de manibus baptizantis suscipiens de sacro san-
cte levat: quod iuxta statuentia hanc cognationem, ubi hujus ceremonie men-
tionem faciunt. Eamque quoad primam partem si baptismus fiat infusio-
ne: quoad posteriorem si fiat immersione praescribit Rit. Rom. t. de
Sacro Baptismo. Huc etiam fuit declaratio Cardinalium ad sess. 24.
de Refor. Mat. Cap. 2. numero 6.

Unde si adulti qui soli assistit
et non tangunt, cognationem non contrahunt. Non est tamen necessarium ut car-
nem immediate teneat, vel tangat, sed sufficit mediate, ut contin-
gant vestimenta eius qui baptizat: quod etiam hae ratione dicimus aliud
tangere, vel tenere. Quare similiter sufficit, quod is teneat, in quod
lintheo, disco etc. debet autem hoc fieri non modo ab eodem manibus suscep-
toris; alia materialis tenetio baptizantis, sicut non sufficit ut quis sit
susceptor, ita nec sufficit ut contrahat hanc cognationem spirituale.
Secundo est susceptor sit legitime designatus a parentibus vel laico
sacerdote (cuius est designare susceptionem in defectu parentum, et non aliter)
Quia tunc supra ordinat, est nulli ultra designatus, etsi tulerit
baptizatum, contrahant cognationem spirituale.

In fine nota. 1. quod
si contingeret plures qui duos; vel etiam duos viros, aut duas feminas
a parentibus designari, et a sacerdote admitti, debent esse non omnes con-

contrahant cognatione spiritali. Suarez tenet solum primo tan-
 gentem, vel neminem si omnes simul tangant; oppositum tamen
 docet Sanchez, si omnes simul suscipiant; quod teneat. Solum videtur
 prohibere ne plures suscipiant; non autem irritare. Si autem nulli
 essent designati sive simul sive successive tangant non contraher-
 ent cognationem Nota. 2. suscipiente per procuratorem esse verum seu
 ceptorem, et contrahere cognationem ut docet Bonacius Alij
 Et hec dicta sufficiant cedantq; omnia hic et ubique a me
 dicta S. Romanae Ecclesiae correctioni, et ad maiorem Dei gloriam
 Amen.

12

←

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or introductory paragraph.

Faint, illegible text in the upper middle section of the page.

Main body of faint, illegible text, appearing to be several lines of a letter or document.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or closing.

Deus cum tua divina gratia sapientia, et amore
incipit brevis de Sacramento Confirmationis enoda
tio iuxta inconcussam Ill. D. mentem ac sensum

Per Fratrem Raphaelen Barcelo Ordinis Mino:
rum Regularis Observantiae Sacrae Theologiae Docto:
rem, ac in Baleari Iuliana Universitate, doctrinae Iul:
lianae Cathedralium sedulo digesta

Primum imponit manum die 22. Martij anno Dni
1694

Proemium

Postquam de Baptismi Sacramento pro mea tenuitate sustinui
tucana, tamquam ex stellis septem, quae in Christi vultu manus A:
quilinae Iudaei barney, reata nunc efflagitat agendi Methodus
ut nobis fulgeat Confirmationis Sacramentum ejusque subte
my radios, cum cetera inter Sacramenta post Baptismum occu
pet sedem. Sacrum hoc varijs celebratur encomijs; sed quia bre
uitati studens omitto apud Doctores videnda, cum etiam non sit
notum instituti encomiae, sed quae ad ejus conducunt intelli
gentiam indagare, quod faciemus Divino freti volumine, ac
pro nobis intercedente hujusce Iuliana Universitatis Patrono
Amen

Disputatio prima de Institutione et Essentia Sacri
Confirmationis

Quod in hujus disputationis limine primo occurrit est nomen
Sacramenti Confirmationis; ideo antequam ad ulteriora proce
damus vestigia sequendo Ill. Ds. nomen investigare oportet. Hoc igitur
Sacrum dicitur Confirmatio; quod etiam recenter Baptismi con
fest augmentum gratiae habitualis cui unneae sunt avaritia gratiae
propriae, et particularia hujus Sacri, quibus roborat. et confirmant.
ad vincendas tentationes contra fidem ut docet Ill. in Prover. p. 3.
c. 20. Hoc etiam Sacrum ab aliquibus dicitur manus impositio, quod
illud hoc modo Apostoli ministrabant ut patet ea Act. 8, et 9.

Dicit. etiam ab aliquibus Sacramentum Chismatis deducit vocabulo a ma-
teria remota huius Sacramenti quae est Chisma. Denique alij istud vocant
signaculum, seu signum Christi ex eo quod confertur per impositionem sig-
ni crucis in fronte confirmati. Tamen istud hic appellabimus primo
modo scilicet Sacramentum Confirmationis cum sit nomen magis vi-
talem in Ecclesia et apud Doctores communiter. Dubium primum
Dubium primum an Confirmatio sit Sacramentum
et quando institutum fuit.

Sola Confirmatio est Sacramentum nouae legis proprie dictum. Sic III. De
lib. de Septem Sacramentis c. de Confir. in Pro. p. 3. c. 20 in Doc. c. 24 et alij
in locis. Est de fide contra Hereticos. Ps. ex Act. 8. Tunc imponebat
manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum. Et cap. 19 cum im-
ponebat illis manus venit Spiritus Sanctus super eos: ergo Apostoli per
signum sensibile s. impositionem manuum conduxerunt Spiritum San-
ctum et gratiam sanctificantem, sine qua non recte dicitur Spiritus Sanctus
qui alicui datur nec alicui inhabitare; sed ista Ceremonia fuit et est
Sacramentum et non aliud quam Confirmatio: ergo.

Nec valet dicere cum Cal-
vino l. 4 Inst. c. 19 § 6. hanc ceremoniam fuisse adhibitam ab illis, ut
ipso gestu significarent se Deo commendare, et veluti offerre cum cum
manus imponebant. Non inquam valet; quia Sacra Scriptura Act. 8
et cap. 19 dicit quod per istam ceremoniam, seu per manus imposi-
tionem daretur Spiritus Sanctus: ergo non tantum per istam fidem Deo offe-
rebant. Deinde ad hoc solum, non exat opus, ut Apostoli tam festine mit-
terent Petrum et Iohannem cum acciperet Samariae verbum Dei per
Philippum Diaconum; quia praesentes et abentes aequae potuerunt illis Deo
offerre; idemque facere potuerunt, qui illos baptizant in nomine Domini
Iesu, imo quilibet Christianus. Denique Simo Magus non obtulisset
pecuniam ad emendum privilegium conferendi Spiritus Sancti per manus
impositionem, nisi plus gratia commendationem Deo factam sciret sub-
esse: ergo.

Non potest etiam dici cum
alij heretici istam ceremoniam fuisse solum ab Apostolis usurpata
ut conferrent alijs donum linguarum et prophetiae: Nam et in prin-
cipio Ecclesiae saepe coniungerentur dona aliqua externa seu gratiae gra-
tiae datae ut ex ipsi Scripturis patet; et inde Simo Magus forte invidiosus

122

fuerit ad offerendam pecuniam; absolute tamen aliud est dare spi-
ritum sanctum, aliud donum linguarum: ille enim debet omnibus bap-
tizatis quibus imponebantur manus; hoc tantum aliquibus ut patet ex lau-
do ad Rom. 11. et 1. ad Cor. 12. ubi ait: Numquid omnes Prophetæ? Num
quibus omnes linguarum loquuntur? Deinde dona ista possunt esse in peccatore
ut patet ex 1. ad Cor. 13. Non autem spiritus sanctus incedit illud Sap. 1.
In malevolentem animam non introibit sapientia; nec habitabit in corpore
subdito peccati.

Pt. 2. ex Joehij 1. Post hæc effundam spiritum meum super
omnem carnem; ad quæ scriptura alludit Christus Joannij 7. dicens: Qui
crediderit in me sicut dicit scriptura de ventre ejus fluent aqua viva.
Ubi Evangelista subiungit: Hoc autem dixit de spiritu quem accipie-
ri exant credentes in eum. Quæ scriptura non loquitur solum de spiritu
dado in Baptismo cum Evangelista mox subiungat: Nondum erat spi-
ritus datus; quia Jesus non erat glorificatus; cum tamen hæc multi jam
essent baptizati ut patet ex Joannij 3. et 4. et fluxu baptizandi ante Christi
glorificationem. Non loquitur etiam solum de missione spiritus super
Apostolos et Discipulos in Pentecoste: quia scriptura loquitur generaliter di-
cendo super omnem carnem. Deinde Act. 2. extendit istam letitiam ad omnes
Præterea Joannij 14. promittit spiritus manus nobiscum in æternum
id est usque ad finem mundi, quod non quadrat in solos Apostolos, et
Christi Discipulos dum mortuos.

Sunt alie scripturae ex quibus esse verum potest ut illud
1. Joann. 7. Et unctio quæ accepistis ab eo maneat in vobis. Quæ tamen
locus non concineat: cum per unctioem ibi vaxij intelligantur Baptismus
alii Christianorum, seu fidem Christianam; alij gradum sanctificationis cum
dono. Præterea de Confirmatione vaxij intelligunt istud 2. ad Cor. 1.
Qui confirmat nos vobiscum in Christo et qui unxit nos Deum, qui et
signavit nos: ergo.

Pt. 3. ex Test. S. S. et vetustissimorum Pontificum ne Con-
cilio. Urbanus 1. in Epist. Decr. sic habet: Omnes fideles per manus
impositionem Episcoporum spiritum sanctum post Baptismum accipere
debent. Fabian. Epist. 2. Sancti Crismatis confectio per singulos an-
nos est agenda et quod novum sacrum est. Eusebii Papa Epist. 3.
Manus impositionis hæc magna veneratione tenendum est.

Melchisedy Papa ad Episcopos Hispanie: Quasi ubi et majis sa-
crum manus impositio Episcoporum aut Baptismus. Scribit ubi magis esse
magnum Sacrum, et sicut unum a majoribus sit, id est a summis Con-
suevis, quod a minoribus percipi non potest, ita et majori veneratione veneran-
dum et tenendum est. Plura Concilia antiqua esse Bellar. que eadem ve-
ritatem supponunt Lib. de Sacram. Confir. c. 4

Pl. 4 ex antiquissimis Li-
braribus. Dionysius Lib. de Eccl. Hier. c. 4 dicit Post regenerationis mys-
terium; id est Baptismum, Aduentum Sancti Spiritus consummari vne-
tio largit. unguenti. Tertullianus L. de Reuer. Carni c. 6. Caro unguent
Anima consecratur. Cyprian. Epist. 72. Tunc enim demum plene sanctifica-
ri et filij Dei esse possunt si in eodem utroque (loquit. de Baptismo et im-
positione manuum) nascant. Idem tenent alij S. P. cit. apud Hieron.

Pl. tandem ex Trib. sess. 7.
Can. 1. dicente: Si quis dicat Confirmationem baptismorum obiam ceremo-
niam esse, et non potius verum et proprium Sacrum, Anathema sit. Sed
q. ex Ill. de Lib. de Sacram. c. de Confirmatione: quemadmodum homo co-
poraliter primo generatur, et recipit esse, deinde recipit augmentum donec
perueniat ad etatem, et robur, et perfectam virilitatem, ut possit facere per-
fectas operationes humanas: sic confirmatur. fit in vita spirituali anime.
Nam primo homo recipit vitam spirituales, et sic dicitur generari
quodam istam vitam: deinde oportet quod recipiat augmentum vite spi-
ritualis, et roboretur, et confirmetur in tali vita, ut perfecte possit operari
operationes que pertinent ad vitam spirituales; ideo necesse est quod
sit aliud Sacrum post Baptismum in quo anima recipit augmentum
vite spiritualis, robur et soliditatem perfectam, et istud Sacrum ait
Ill. de. est Sacrum Confirmationis

Pl. 2. Sacrum Confirmationis fuit
a Christo Domino institutum in nocte Cene. Est probior. fundamen-
tum precipue desumit. ex Fabiano Papa. Epist. 2. ad Orientales c. 2.
dicente: In illo die Dominus Iesus postquam conuocauit cum discipulis
suis, et lauit eorum pedes (sicut a Sanctis Apostolis predecessores nostri
receperunt, nobisque reliquerunt) Christum conficere docuit. Vbi
per Christum vel intelligit Pontifex ipsum Sacrum quod christate
confert. sicut per Inuachum intelligit. Baptismum ad Ephes. 5. et

ad Titum 3. vel si intelligat solum exisma adhuc satis proba-
biliter inde colligitur hanc esse institutum: nam exisma est materia
ipsius Sacramenti et in eius usum precipue ordinata: quod vide-
mus quod Christus hanc instituit et docuit confici exisma nisi
multum instituit hoc Sacramentum

Confirmat: quia aliud tempus oportuit
assignari nequit. Non enim illud quod Christus imponebat pueris
manus Mat. 19 ut quidam volunt; quia illi pueri nondum erant
baptizati. Sumque Iohn. 1. supponit Spiritus S. non esse dandum per
firmationem ante Christi glorificationem. Non etiam potest dici in-
stitutum in Pentecoste: cum ibi nec materia nec forma huius Sacramenti
si apparet vestigium. Deinde Christus hanc caelos ascendit; non
dehinc enim caelos ascendit nisi consummato Ecclesiae edificio cuius
precipue columnae sunt Sacramenta. Non denique Iohn. 20
Christus dicit: Accipite Spiritum Sanctum; quia neque ibi est vestigium
materiae, aut formae maxime cum ibi instituitur Sacramentum lae-
uae iuxta
Iacob. 5. C. 4. et 5. 14. C. 1.

Unde ex hoc quod Sacramentum Confirmati-
onis in nocte Cena fuit institutum promanavit consuetudo con-
ficiendi Sacramentum exisma in die Cena Domini; quae quidem semper in
Ecclesia servata fuit. Adiecit etiam Iohannes quod licet ex nocte Apostolus
docuit exisma conficere; est tamen valde probabile quod nemi-
ni eorum hanc temporis data fuit potestas conficendi hoc Sacramentum;
quia in ultima Cena dum Apostoli instituti erant Episcopi ad quos
potestas spectat administrare hoc Sacramentum; contra Sacramentum huius ins-
titutio inchoata fuit in die ultima Cena cum ibi instituta fue-
rit materia et forma completa vixit post Christi Domini resurre-
ctionem Iohn. 20. cum data fuerit Apostolis plenaria potestas Ordi-
nis sacerdotalis et Episcopalis per haec verba: Accipite Spiritum Sanctum
quorum remiseritis peccata remittentur eis et quorum &
Dubium III. quid sit Sacramentum Confirmati-
onis et qualis eius necessitas

De hoc Sacramentum Confirmationis sic optime definit. Physice sumptum:
Sacramentum Novae Legis a Christo Domino institutum consistens in unctio
exismatis facta in fronte sub praescripta verborum forma ad fidem

robis consequendum. Et iuxta mentem Ill. Ds. Dicit. Sacrum, ut id
veniat cum alijs Sacris. Dicit. a Christo Domino institutum ut indice
hoc ejus causa efficiens. Dicit. in unctione chrismatis, ut indicat. ejus cau-
sa materialis proxima, quae est unctio; et motus remota, quae est Chris-
ma; Dicit. ad fidei robur consequendum, ut ostendit effectus et causa
sacris hujus Sacri, ut docet Ill. Ds. lib. de Septem Sacram. T. de Conf.
Et in Doc. C. 24. Dicit. sub praescripta verborum forma, ut significat. ejus
causa. fortis. Unde constat quod dicta. d. g. exprimit. per quatuor gene-
ra. causarum, et per subiectum caput, quod indicat. per sy in fronte p.
quod significat. homo baptizatus cum ex Ill. in Exover. cit. Confirma-
tio sit consensus Baptismi: go.

¶ 2. Sacrum Confirmationis melius
physice sumptum sic definit.: Sacrum novae legis a Christo Domino
institutum, quo baptizatus armat. in militem Christi. Est etiam iuxta
Ill. Dm in Doc. cit. Dicit. Sacrum #: quo convenit cum alijs Sacramen-
tis. Dicit. quo baptizatus armat. #: ut distinguit. ab alijs Sacramentis: go.

¶ 3. Sacrum Confirmationis non est
necessarium necessitate medij; nec praecipit. Pl. 1. pars: quia est Sacrum viciorum
et institutum ad dandam secundam gratiam; sed haec non est medium
simpliciter necessarium ad salutem, cum salus sine illa obtineri possit: go. Pl.
2a. pars: quia nec ex Sacra Scriptura, nec Traditione; neque sine nullo insti-
tutione Sacri tale praecipit. colligit.: go.

Dicit. Confirmatio tribuit robur
et vires ad fidem profitendam, et confitendam: go. Pro quod huiusmodi
vires adhuc per alia media obtineri possunt, ut medijs orationibus
confessione et Eucharistia; unde nec Ecclesia videtur ejus receptione sub panis
Ea diebus sequit. quod qui Confirmatione sponte omittit, non peccat mor-
taliter seculo damnato scandalo, aut alia circumstantia; quia non tenet. ad illud
suscipiendum; tenet. tamen ad illud non contemnendum, et contemneret
si omnimoda oportunitate oblato illud suscipiendi illud non susciperet.

Dubium 3m. quoniam sit materia Sacri Confir-
¶ 1a. Materia remota hujus Sacri est Chrisma. Constat ex Flox. in Secret.
Sug. et ex Trid. Sess. 7. Can. 2. de Confir. Est etiam ex persequo usu, et
Traditione Ecclesiae quae saltem constat ex venerabilissimis Pontificibus et Patribus
Cornel. Papa Epist. ad Fabium Episc. Antiochenum, Dionysio Areopagita

in Celsy. Hierarch. c. 4. Concil. Inodieno c. 48. Cyrillano et pluribus alijs. habet. etiam ab Ill. De. Sib. de Sacram. I. de Confirmatione. 124

Et nota. Christum debet esse confectum ex oleo olivaceo et balsamo. Est Ill. De. citati. Patet ex Fabiano et flor. supra cit. ne ex perpetuo rite Ecclesia. Unde manifestum est mixtionem hanc esse essentialiter saltem necessitate precepti; Cuiusmodi vero et alij post ipsum docent solum oleum sine balsamo sufficere ad Sacram. Sacri. Verum Ill. De. de Septe Sacram. ait, quod Christum quod est compositum ex oleo olivaceo et ex balsamo est res visibilis in hoc Sacramento. Idem tenet omnes veteres Theologi, sine precia hac distinctione, quod primus tradidit Cuiusmodi

Posterioribus quoque Theologi communiter tenent mixtionem hanc esse de essentia Sacramenti; que doctrina, probatur ex flor. in Decreto de Armenis, ubi assignat materiam et formam essentialiter Sacramenti, et pro huius Sacramenti materia simpliciter statuit Christum confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientie et balsamo, quod odorem significat bonam famam. Cuiusmodi. exigit oleum et balsamum et de utroque pariformiter loquitur. Alij vero agens de Sacramento Baptismi, exute inter cetera, et accidit dicitur; et agens de materia Sacramenti Eucharistie aliter loquitur. de vino, dicit. de aqua miscenda, utpote non rite ad Sacramentum; materia, inquam, est vinum, cui aqua misceri debet.

Deinde veteres Pontifices et Patres passim dum agunt de hoc Sacramento velut nomine christum, quo simpliciter posito significat, non nudum oleum, sed unguentum ex varij materia confectum; immo illud frequenter distinguunt contra simplex oleum vel infirmorum. Præterea varij dixerunt Christum confectum ex oleo et balsamo, ut Fabianus Papa Epist. 2. Inno 3. c. Un. de Sacra Eucharistia, Beda et alij passim. Nonnulli etiam etiam non meminerunt expressè balsami; indicant tamen dum indicant tradunt Christum esse compositum ex materia odorifera ut colligit. ex Clem. Sib. 7. Const. Apost. c. 48. et aperte ex Dionysio Eccles. Hierarch. c. 4. Que traditio tam constantis signum est, hanc mixtionem esse de necessitate Sacramenti, seu balsamum ubi oleum requiritur. Insuper quod tempus est ubique in Ecclesia christum apud Græcos balsamum fuerit adhiberi, adeo ut nec in necessitate ob balsami raritatem a quibusdam pretendamus permissum Fabiano illud omitti.

Unde grati dicit. a nonnullis balsamum

esse adhibendum ex precepto Christi; non tamen esse de Essentia. Nam preceptum
Christi de materia et forma Sacramenti, censetur non respicere esse
sive eorumdem seu materia ad valorem quod aliud non constat; ideo
que pro regula mutationis substantialis statuitur, istam temper fieri
quod mutari sive non ponit. materia a Christo precepta. Quod est
contra supponit. mutatione aquae in Sacrificio non esse a Christo pre-
ceptam; quod alia esset de necessitate Sacramenti. Nec simile est de salispe-
tione, quae etiam a Christo requiritur sit; tamen non requiritur ad eandem Sa-
cramenti perfectionem in re acceptam

Ratio congruentialis huius materia est; quod
oleum habet nitorem, supereminet reliquis liquidis, et est materia
proxima incendii, quorum primum significat munditiam seu car-
nitatem; deo reliqua charitatem; balsamum autem habet praedictam
odorem, sicut tenet M. Dr. S. de Sacram. T. de Consecr. qui significat
bonam famam iuxta illud 2. ad Cor. 2. Christi bonus odor sumus
Deo; sed haec omnia debet habere confirmatio, qui vult profiteri
fidem catholicam; alia eius professio erit parum authentica. 20.

Hoc Sacramentum debet esse benedictum
sicut benedictio sit de necessitate Sacramenti. Ita communit. 11. s.
11. ex flor. supra, quod sicut requiritur Christus consecratus ex
deco et balsamo, sic simpliciter et equaliter requiritur ut sit per Episcopum
copum benedictum: alioquin non simpliciter diceret esse materiam
ubi materiam calicis non dicit esse vinum aqua mixtum; sed vinum
cui aqua misceri debet. Idem indicat Iud. 1. cap. 2. de Con-
secr. supponere a Catholicis veteribus, sive officium fidei con-
secratio) Confirmationis christiani

Hoc etiam insinuant Patres et perpe-
tuum usus Ecclesiae, quo, adeo constat. corrigi. unguentum benedictum ut
nunquam aliud fuerit praedictum. Congruentia vero ob quam potius
a Christo requisita fuerit consecratio materia Confirmationis quam
Baptismi est; quod Christus contactu sua carnis mundissimam omnem
operam consecravit in usum Baptismi; non sic autem materiam
istam Confirmationis; et ideo requiritur hic specialiter sacrificatio
quod etiam est rationabile magis hic quam ibi; quod Baptismus est sicut
necessarius; ideo potest ministrari in aqua esto non sit consecrata.

125
Unde Ecclesia dispensare nequit ut Sacramentum Confirmationis minus
vel unguento non benedicto; notant tamen Doctores formam huius
Benedictionis relictam esse arbitrio, seu determinationi Ecclesie, ita
ut Christus quidem instituerit Christum debere consecrari per spi-
ritu Sancti invocationem; non tamen certam illius formam prescripse-
rit; Ex precepto autem Ecclesia debet recitari ab Episcopo consecra-
